UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Pauli Conuersio in via, qua ibat Damasc[u]m Act. 9. 25. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Pauli Conuerſio in via, qua ibat Da-
maſcnm Act. 9. 25 Ian.

Obedientia prompta.

Velox Dei Sermo, velocem deſiderat ſequentem. *Bern.*

Deus qui univerſum mundum B. Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti: da nobis quæſumus, ut qui eius (hodie) Conuerſionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dom. n. Ieſum Chr. &c.

Ora pro Conuerſione peccatorum.

&

Annus poſt Chriſti D. N. aſcenſio-
nem in cælos alter fuit B. Paulo Apo-
ſtolo ſecundus. illo enim ex Saulo
Beniamita, ſane lupo rapaci ob perſe-
cutionem acerbam in Chriſtianos ex-
ercitam, factus eſt Paulus, ouis man-
ſueta Chriſti, per apparitionem cæle-
ſtem in uiâ tendentis Damaſcum. Ad
hanc enim ita immutatus eſt repente,
vt diceret ſibi apparenti Chriſto: Do-
mine quid me vis facere? Cum igitur
huius iuſſu Damaſcū eſſet ingreſſus,
ibique edoctus per Ananiam Chriſti-
anæ rei Doctorem, quam fuerat antea
ſævus perſecutor tam factus eſt zelo-
ſus Chriſti defenſor & amator, milli-
es pro eo quem perſecutus erat
mori paratus.